

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum

Fecht, Johann

Francofurti et Spirae, 1684

VD17 VD17 3:315948Z

LXXIIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

LXXIIX.

Salutem à Filio Deo. Reverende vir & colende parens. Quod fœlix & salutare sit Ecclesiæ Christi & animæ meæ, illustrissimo principi, Duci Palatino, Wolffgango &c. operam meam addixi. Toto pectore & vero gemitu gratias ago clementissimo Deo, quod meas & multorum piorum preces tandem exaudivit & post varios & difficiles casus honestum locum docendi Evangelion in Ecclesia attribuit. Vere beatus est, qui fidit illis dulcissimis promissionibus. Dominus non in æternum obliviscitur clamoris pauperum. Prope est Dominus omnibus timentibus eum: & voluntatem timentium se faciet. Arden- ter itaque eundem nunc invoco, ut me suo spiritu sancto gubernet, ut munere mihi demandato fungar fideliter & diligenter. Visum fuit illustrissimo prin- cipi Palatino, aulici concionatoris munus mihi injungere, ut me ad manum haberet. Cum igitur animadverterem, ipsius Celsit. sic induxisse animam, intempestive refragari nolui. Erit fortassis tempus commodius, quo in scho- lam Lagingensem transferar. Stipendium constituit mihi Celsit. ipsius ho- nestum & liberale: ita ut nihil desiderem. Cum autem & commendatio- ne & studio tuo non parum hanc vocationem promoveris, promitto me insignis tuæ erga me benevolentia & officiorum memorem fore. Crastino die spero, Deo dante & comite, me ingressurum esse iter ad meos. Faxit Dominus JE- SUS, ut incolumes inveniam. Quæso, ut tuis sanctis præcibus me juves. Salutem precor patrono meo, Dn. Ludovico, fratribus collegis, dulcissimæ uæ conjugii & hospiti meo Laurentio. Bene vale Neuburgi, 9. Maji 1767.

Clarissimus vir, Dn. Doctor Simon Schardius, Illustrissimi Principis Pal. Wolffgangi, Consiliarius, tuam Excell. diligenter salutari iussit.

Tilemannus Heshufius.

LXXIX.

S. P.

Freundlicher lieber herr Gefatter. Aus inliegenden Do. D. Heshufii schreiben
 Werdet yr befinden/ das Gott den seinen ein Herberge verschafft/ und selte es gleich
 der ganzen welt und allen teuffeln ein ewigs herkelaid. Zweiffel gar nit/ Gott der
 allmechtige Herr/ werde diesen liberalen Hospitem reichlich bezahlen/ der ym die
 thor also uffthut/ und seine himblische dyener beherberget/ trecket/ fleydet/ spenset/ trö-
 stet; Wol dem/ (sagt der 41. Psalm) der sich der dürfftigen annimpt/ den wird der
 herr erretten zur bösen zeit. Da Daniel und Joseph an hoff kamen/ hatten die groß-
 sen